

IEHOSVÆ

quia modica erat disparitas secundum multitudinem inter has septem tribus. non sic autem fuit diuisa terra maioribus tribubus. Iudeæ videlicet & Ephraim: ut supra scripta testatur.

Et ascendit pars tribus filiorum Biniamini per familias eorum: & exiit terminus pars eorum inter filios Ichudæ & filios Ioseph. Fuitque eis terminus ad latus Aquilonis & Iarden: & ascendit terminus ad latus Iericho ab Aquilone, & ascendit in monte ad mare: fuerintque exitus eius ad desertum Bethauæ. Et transibit inde terminus in Lux ad latus ad Lux ad meridiem: ipsa est Bethel: descendetque terminus in Hateroth ad eam super motum qui est à meridie Beth choron inferiori. Et descendet terminus & circumabit ad latus maris ad meridiem à monte qui est super faciem Beth choron ad meridiem: & erit exitus eius ad Ciriath Bahal: ipsa est ciuitas Ichudæ ciuitas filiorum Ichudæ: hoc est latus maris. Et latus ad meridiem ab extremitate Ciriath Icharam: exhibet terminus ad mare, & abiit ad fontem aquæ Nephtoach. Et descendet terminus ad extremitatem motus qui est super faciem vallis Benhinnom quæ est in valle Aephaim ad Aquilonem: descendetque vallis Hinnom ad latus Iebus ad meridiem: & descendit ad fontem Rogel. Et descendit ab Aquilone & exhibet ad Hensem (id est fontem Solis) & exhibet ad Gheliloth quæ sunt contra ascensum Adummim: descendetque ad Eben Buhani. (id est lapidem Buhani) filii Reuben. Et transibit ad latus contraria planicium ad Aquilonem: & descendit in Harabah. Et transibit terminus ad latus Beth Chogla ad Aquilonem, & erunt exitus termini ad lingua maris salinis ad Aquilonem ad extremitatem Iarden ad meridiem: iste est terminus meridiem. Et Iarden terminabit eum ad latus ad orientem: ista est hereditas filiorum Biniamini per terminos eius in circumitu per familias eorum.

Fuerintque ciuitates tribui filiorum Biniamini per familias eorum: Iericho & Beth chogla & vallis Cexim. & Beth haraba et Zemaraim & Bethel. & Haunim & Para & Hophra & Chepher Hamonai & Hophni & Gaba: ciuitates duodecim & villa earum. Gihon & Rama & Beeroth. & Mizpe & Chephira & Moza. et Recem & Irpeel & Tarala. & zelah. Eleph & Iebusi. (ipsa est Ierusalaim) Gihbath Ciriath, ciuitates quatuordecim & villa earum: ista est hereditas filiorum Biniamini per familias eorum.

CAPVT XIX.

Tegressa est pars secunda Simhonii, tribui filiorum Simhonii per familias eorum: & fuit hereditas eorum in medio hereditatis filiorum Ichudæ. Fuerintque eis in hereditatem ipsorum

CAPVT XIX.

30

ipsorum: Beer sebah & sebag & Molada & Chazir suhal & Balala & Hazem. & Eltholad & Bethul & Chorma, & sic Lag & Beth marchaboth & Charaz Suha, & Beth Lebahoth & Saruchæ: ciuitates tredecim & villa earum. Hain. Rimon & Hether & Hasan: ciuitates quatuor & villa carum. Et omnes villa per circumitu ciuitatum istarum usque ad Bahalath Beer Ramath ad meridiem: ista est hereditas tribus filiorum Simhonii per familias eorum in possessione & funiculo filiorum Ichudæ quia maior erat. Iuxta Hebraum habetur. De sorte filiorum Ichudæ hereditas filiorum Simhonii: quia fuit pars filiorum Ichudæ multa pre ipsis & hereditauerunt filii Simhonii in medio hereditatis eorum. Clarè enim manifestatur quod quia pars quam accepere at tribus Iudeæ excedebat necessariam partem ad locitadum filii Iudeæ, ideo ex sorte filiorum Iudeæ amputata est hereditas Simeon. Et hinc dicitur quod Simeon non habuit sortem propriam, ea quod pars eius facit intra sortem Iudeæ.

Ascendit pars tertia filii Zebulum per familias eorum: & fuit terminus hereditatis eorum usque ad Sarid. Et ascendit terminus eorum ad mare & Mar Halæ & pertinet ad Dabbaseth: pertinetque ad torren: quæ est super faciem Iocnebæ. Et reuertetur de Sarid al orientem ad ortu solo super terminum Chisloth Thabor: exhibetque ad Dob R. th & ascendit in Iaphiah. Et inde transibit ad orientem ad ortu ad Ghizan Ghepher ad Hitthæ Caxin: & exhibet Rimmō Gyranō ad Nebah. Et circumabit terminus ab aquilonem ad Chanathon: eritque exitus eius ad vallum Iphthach el & Cattath & Nahalal & Simron & Id hala & Beth Lachem: ciuitates duodecim & villa earum. Hec est hereditas filiorum Zebulū per familias eorum: ciuitates istae & villa earum. Isaschar exhibet pars quarta: filii Isaschar per familias eorum Fuitque terminus eorum Ixchela & Chisloth & Semæ & Chapharam & Liō & Anacharath. & Harabith & Cis Ion & Abex & Remeth & Hen Gannim, & Henchadda & Beth Paxæ. & perueniet terminus in Thabor: & Sachazimæ & Beth Semes, & erunt exitus termini eorum ad Iarden: ciuitates sedecim & villa earum. Hec est hereditas tribus filiorum Isaschar per familias eorum: ciuitates & villa earum.

Et exiit pars quinta tribui filiorum Aser per familias eorum. Fuitque terminus eorum Chelchath & Chali & Beten & Achsaph. & Alamelech & Hamhad & Mis al: & perueniet in Carmel ad mare & in Sichor Libnath. Et reuertetur ab ortu solo Beth Dagon, & perueniet in Zebulum & in vallum Iphthach el ad aquilonem Beth Hemec

IEHOSVÆ

Hemec & Nchiel: exhibitq; ad Chabul à sinistra. & Habro & Rechob & Chammon & Canam, usque ad Zidon magnam. Et reuertetur terminus in Ramam & usq; ad ciuitatem munitam Zor: reuerteturq; terminus in chosam, & erit exitus eius ad mare à funiculo ad Achzib. Et Hammâ & Aphc & Rechob: ciuitates vigintidue & villa earum. Hec est hereditas tribus filiorum Aser per familias eorum ciuitates iste & villa earum.

Filiis Naphthali exiuit fors seata: filiis Naphthali per familias eorum. Et fuit terminus coru à Cheleph ab Elon in Zahanannim & Adami ipsius Necub & Labneel usq; ad lacum: fuitq; exitus eius ad Iarden. Et reuertetur terminus ad mare Aznoth Thabor & exhibit inde ad Chucocamp: peruenietq; in Zebulum à meridie in Aser peruenit ab occidente, & in Iehudam ad Iarden ab oris solis. Et ciuitates munitæ: Ziddim Zer & Chammath Raccath & Chimreth, & Adama & Harama & Chazor, & Cedes ab Edrei & Hen chazor. & Iron & Migdal el, Chorem & ooth hanath & Beth semes: ciuitates nouemdecim & villa eam. Hec est hereditas tribus filiorum Naphthali per familias eorum: ciuitates & villa earum.

Tribus filiorum Dan per familias eorum, exiuit fors septima. Et fuit terminus hereditati eorum: Zarha & Eftbaol & Hirsemes, i. ciuitas solis, & Sabalabbim & Aialon & Ithela. & Elon & Thimnata & Hecon. & Elthece & Zibbetho & Bahalath. & Hud & Beneberach & Gathrimmon, & aquæ Larcon & Haraccon: cum termino contra Iapho. Et exiuit terminus filiorum Dan ab eis: ascenderuntq; filii Dan & pugnauerunt cum Lesem, ceperuntque eam & percusserunt eam in ore gladii & hereditauerunt eam & habitatuit in ea. Quando res hæc gesta fuerit (an tempore Iosuæ an post) certum non est: hoc tamen certum est quod isti seruauerunt legem interficiendo omnes habitatores Lesem, vocantes nomē eius Lesendā. Corrupta est litera: ita quod superfluit pronome, eius: nam hebraicè habetur. & vocauerunt Lesem dan in nomine Dan patrii sui. Et est casus dativi Lesem: per quem manifestè significatur quod nomē Dan impositū fuit ipsi Lesem. Nec ex idéitate nominis Dan impositi Lesem & impositi lais iudicū. 18. argumentū habetur sufficiens quod eadē ciuitas fuerit Lesē & lais. nō solū enim nomina sunt diuersa sed etiam actiones, nam Lais scribitur combusta à filiis Dan & reæflicata: Lesem autē nō fuit combusta, sed ut hæc scribitur fuit capta & habitata à filiis Dan mutato ciuitatis nomine. Hec est hereditas tribus filiorū Dan per familias eorum,

cmi.

CAPVT XX.

31

ciuitates iste & villa earum.

Compleueruntq; in hereditatem diuidere terram per terminos suos & dederunt filij Israël hereditatem Iehosuæ filio. Nun in medio sui. Quemadmodū data fuit absque sorte Chebron Chaleb, ita datur hereditas Iosuæ absque sorte. Soli enim ipsi superstites erant ex sexcentis millibus numeratis in deserto, & ambo fuerant exploratores relationem secundum Deum facientes. Iuxta verbum domini dederūt ei ciuitatem quam postulauit. Timmath Serach in monte Ephraim: edificauitq; ciuitatem & habitauit in ea. Quemadmodū non sunt scripta in libris Morris quæ fuerunt dicta pro hereditate Chaleb, ita nō est scriptum in eisdem libris huiusmodi verbum diuinum pro hereditate Iosuæ sed hic primum scribitur. Haec sunt possessioes quae sorte diuisi sunt: Iazar sacerdos & Iehosua filius Nun & principes familiarium de tribibus filiorum Israël in Silo coram domino ad ostium territorij adiunctorum: & finierunt diuidere terram.

CAPVT XX.

T locutus est dominus ad Iehosuam dicēs. Loquere ad filios Israël dicens: date vobis ciuitates refugii quas locutus sum ad vos per manum Mosis. Ut fugiat illuc homicida, percutiens animam per errorem absq; scientia: eruntq; vobis in refugium à redemptore sanguinis. Et fugiet ad unam ex ciuitatibus istis. Sicutq; ad osium portæ ciuitatis, & loquetur in auribus seniorū ciuitatis illius verba sua: recolligentq; cum in ciuitatem ad se, & dabit eis locum & habitabit cum eis. Mandatis diuinis scriptis nu. 35. & deute. 16. explicado adiungitur modus quo homicida inuoluntarius cōfugiens ad ciuitatem refugii recipiendus erat: videlicet manifestando causam suam senioribus ciuitatis in porta, quæ tunc erat celebrior ciuitatis locus. Et cum securus fuerit redemptor sanguinis post eum, non tradent homicidam in manus eius: quia ignorans percussit proximum suum, & non odio habuerat cum ab heri & nudiustertius. Et habitabit in ciuitate illa donec steterit ante synagogam ad iudicium, donec moriatur sacerdos magnus qui erit in diebus illis: tūc reuertetur homicida, & veniet ad ciuitatem suā & ad domum suam, ad ciuitatem unde fugebat illuc. Summariè tanguntur, in supradictis libris scripta, tanguntur enim duo, donec alterum temporis intermedii usque ad diffinitiuam sententiam inuoluntarii homicidi: alterū temporis fluentis post huiusmodi diffinitiuam sententiam usque ad mortem summī sacerdotis. Vtq; enim tempore securus erat

erat in ciuitate refugij.

Decreueruntq; Cedes in Ghalil in monte Naphthali, & Seche in monte Ephraim: & Cir Iath arbah (ipsa est Chebron) in monte Ichuda. Et trans Iarden ad orientalem plagam Iericho, statuerunt Pexeris delecto in planicie de tribu Reuben: & Ramoth in Ghilhad de tribu Gad, & Gholan in Basan de tribu Menassia. Haec ciuitates constituta sunt cunctis filiis Israël & aduenis qui habitabant inter eos, ut fugeret ad eas qui animam nescius percussisset: & non moreretur in manu redemptoris sanguinis donec staret ante populum exposturus causam suam.

CAPVT XXI.

Accepseruntq; principes patrum Leuitarum, & Elhazar sacerdotem & ad Iehosuam filium Nun: & q; principes patrum tribuum filiorum Israël. Locutisq; se ad eos in Silo in terra Chenah dicendo dominus praecepit p^omam Mosis redirent nobis ciuitates ad habitandum, & suburbana earum pro animalibus nostris.

Et dederunt filii Israël Lenitis de hereditate sua iuxta verbum domini, ciuitates istas & suburbana earum. Egressaq; est sors per familiis Cethabitarum: & fuit filius Aharon sacerdos de Leniti, de tribu Ichude & de tribu Simhon & de tribu Biniamin per sortem ciuitates tredecim. & immediate post, filius autem Cethath reliquis, & paulo inferius & filii Gerson. & demum subditur, filii Merari. Ex his collige prudens lector, ante mentis prospectum vniuersae tribus Leuiticæ familias quidem tres (vide licet Cethabitas, Gersonitas & Meraritas) partes autem quatuor quia Cethathite diuisi sunt in duas partes: quartu' vero cōstat ex sacerdotib^o, & hac vocatur filiorū Aharo, altera Leuitico dūtaxat gradu cōtenta fuit, sicut & Gersonite & Merarite. Et propterea secundum has quatuor portiones quatuor sortes in hoc capitulo narrantur. Filiis autem Cethath reliquis, de familiis tribus Ephraim & de tribu Dan & de dimidia tribu Menassis per sortem ciuitates decem. Et filii Gerson de familiis tribus Iaschar & de tribu Aser & de tribu Naphthali & de dimidia tribu Menassis in Basan per sortem, ciuitates tredecim. Filii Merari per familias eorum de tribu Reuben & de tribu Gad & de tribu Zebulum ciuitates duodecim. Dederuntq; filii Israël Lenitis ciuitates haec & suburbana earum: sicut praecepit dominus permanum Mosis per sortem.

Et

CAPVT XXI.

32

Et dederunt de tribu filiorum Ichude & de tribu filiorū Simhon ciuitates istas, quas vocabit nomine. Dederuntq; filii Aharon de familiis Cethabitarum de filiis Leni (cū enim erat sors prima) Cir Iath Arbah patru Hanac ipsa est Chebron in monte Ichude. & suburbana eius per circumitum eius. Agrum vero ciuitatis & villas eius dederunt Chaleb filio Iephunne in possessionem eius.

Quanvis ciuitas Chebron fuerit Chaleb, quia tamen sorte contigit ut esset ciuitas sacerdotum oportuit Chaleb quemadmodum & aliarum tribuum principes cōsentire ut ciuitas Chebron esset tribus Leuiticæ quo ad usum habitandi. Immo hic consensus fuit ante fortis istas, eo ipso quod decreuerunt ciuitatem Chebron esse ciuitatem refugij: quoniam Nu. 35. decernit deusci ciuitates refugij sint Leuitarum. & propter ea si pri^o decreto sunt ciuitates refugij, prior fuit Chaleb consensu. Verum vix litera dicitur, vniuersus Ager Chebron cum villis eius apud Chaleb misit sola enim ciuitas Chebro cum suburbano fuit vici sacerdotum. Et filii Aharon sacerdotis dederunt ciuitatem refugij homicide, Chebro & suburbana eius: & Libnam ac suburbana eius: & Iathir & suburbana eius. Estemodac suburbana eius: & Cholö & suburbana eius, & Debir ac suburbana eius, & Hain & suburbana eius, & Iurta & suburbana eius, & Beth Semes ac suburbana eius: ciuitates nonē de duabus tribubus istis. De tribu vero Biniamin Ghibbon & suburbana eius: Ghebah ac suburbana eius. Hanathoth & suburbana eius, Halmon & suburbana eius: ciuitates quatuor. Omnes ciuitates filiorum Aharon sacerdotum, tredecim ciuitates & suburbana earum. Et familiis filiorum Ceth Leuitarum reliquarū de filiis Ceth: fueruntq; ciuitates sortis corū de tribu Ephraim. Et dederunt eis ciuitates refugij homicide, Sechem & suburbana eius in monte Ephraim: & Gherac suburbana eius & Cibzaim & suburbana eius, & Beth Chero ac suburbana eius: ciuitates quatuor. Et de tribu Dan Elhecc & suburbana eius, & Ghibbeton ac suburbana eius: ciuitates quatuor. Et de dimidia tribu Menassis Thanach & suburbana eius, & Gath Rimmon ac suburbana eius, ciuitates due. Omnes ciuitates decem & suburbana earum, date sunt filii Cethath inferioris gradus. Iuxta Hebreum habetur. familiis filiorum Cethath reliquis, quam vltimi Leuitarum sunt Merarite.

Filiis quoque Gerson de familiis Lenitarum, de dimidia tribu

tribu Menas. is ciuitati refugij homicide Gholam in Basan & suburbana eius, & Behistherail ac suburbana eius: ciuitates due. Et de tribu Iaschar Cis ion & suburbana eius; Dob rath ac suburbana eius; Iarmuth & suburbana eius & Heganim ac suburbana eius: ciuitates quatuor. Et de tribu Aser, Mis al & suburbana eius Habdon & suburbana eius. Chelcabi & suburbana eius, & Rechob ac suburbana eius: ciuitates quatuor. Et de tribu Naphthali ciuitate refugij homicide. Cedes in Ghilil & suburbana eius, & Chamoth Dor ac suburbana eius, & Charthan & suburbana eius: ciuitates tres. Omnes ciuitates Gersonitarum per familias eorum, tredecim ciuitates & suburbana eorum. Familia autem filiorum Merari levitarum reliquorum, de tribu zebulon Iocnach & suburbana eius & carth & suburbana eius. Dimna & suburbana eius. Nachala & suburbana eius: ciuitates quatuor. Et de tribu Renben Bezer & suburbana eius: & Lahexam ac suburbana eius. Cedemoth & suburbana eius, & Me-phahath ac suburbana eius: ciuitates quatuor. Et de tribu Gad ciuitatem refugij homicide Ramoth in Gilead & suburbana eius, & Machanaim ac suburbana eius. Chesbon & suburbana eius. Lahzer ac suburbana eius: omnes ciuitates quatuor. Omnes ciuitates filiorum Merari per familias eorum residuum de levitarum, ciuitates duodecim. Omnes ciuitates levitarum in medio possessionis filiorum Israel, ciuitates quadraginta octo & suburbana eorum. Erant ciuitates iste ciuitas ciuitas & suburbana eius per circumitum ipsius: sic omnibus ciuitatibus ijsi.

Dicitur: dominus israeli omnem terram quam iurauit dare per tribus eorum. Quæstio magna oritur circa verificationem huius sententie, nam & superius ca. 13. dictu est & inferius ca. 23. repetitur, multam adhuc superesse terram non acquisitam quæ tamen acquirenda supererat cum promissione quod Deus disperdet gentes illas: quomodo ergo verificatur & dedit Iehouah israeli omnem terram quam iurauit ad dandum paribus eorum? Et quid sit sermo quod dedit cum effectu, subiuncta manifestant. & hereditauerunt ipsam & habitauerunt in ipsa. Solutio est quod sententia haec verificatur secundum formam promissionis diuinæ: modus enim & forma promissionis fuit ut non simul sed temporibus congruis daret deus omnem terram promissionis. Expresso enim scribitur Exo. 23. iste modus. & assignatur ratio quia si in principio Deus daret eis uniuersam terram illam, cum ipsis non sufficerent ad habitandum & colendam eam, multiplicarentur agrestia ani-

animalia aduersus eos. Quia itaque deus de facto dedit tempore Iosuæ terram sufficientem populo Israël pro tunc, ideo verificatur quod dedit Israeli omnem terram quam iurauit se datum. Subintelligitur enim secundum formam & modum promissionis. Dataq; est à Deo pax in omnes per circumitum nationes. Iuxta Hebr. plus habetur. Et requiem dedit Iehouah eis à circumitu, sicut omne quod iurauit patribus eorum. Perspicuum est adimpletum esse hoc tempore Iosuæ: quoniam terræ non subactæ quiescebant nec molestæ erant Israëlitæ. nullusque eis hostium resistere ausus est. Iuxta Hebreum habetur. & nō stetit vir in faciebus eorum ex omnibus inimicis ipsorum. Significatur enim non negotio audacie ad resistendum, sed negotio subsistentiae ini. Icorum, non absolute sed in faciebus Israëlitarum: hoc est in congressu cum Israëlitis. omnes enim cum quibus prælium erit, debellati sunt: cum relictis autem terris non acquisitis, nō communis prælium Israël. & propterea verificatur quod in faciebus eorum nullus inimicorum stetit. sed cuncti in eorum ditionem redacti sunt. Iuxta Hebreum habetur. omnes inimicos eorum dedit Iehouah in manus ipsorum. Inimici Israëlis appellantur hoc in loco illi qui egressi fuerant ad bellum contra Israël. omnes enim istos traditos fuisse manibus Israël perspicuum est. Ne vnum quidem verbum quod illis præstatutum se esse promiserat, irritum fuit: sed rebus explicita sunt omnia. Iuxta Hebreum habetur. Non cecidit verbum ex omni verbo bono quod locutus est Iehouah domini Israël: omne venit. Dicitur ex omni verbo bono, ad differentiam diuinorum verborum ad puniendum Israëlitas. huiusmodi enim verbum est ad malum peccatum inferendum Israëli: & ideo distinguitur à verbo bono, hoc est collatiuo boni. Multa enim mala comminatus fuerat Deus quæ non executioni mandauerat, sed bonum omne quod promisit, venit.

Vnc vocavit Iehosua Reubenitas & Gaditas & dimidiæ tribum Menass. Et dixit ad eos: vos custodiatis omnia quæ precepit vobis Moses seruus domini, & obeditis voci meæ in cunctis quæ precepi vobis. Non reliquistis fratres vestros iam diebus multis usque in diem hunc: & seruatis custodiām precepit dominus Dei vestri. Et nunc requiescere fecit dominus Deus vestri fratres vestros sicut locutus est eis: & nunc reuertimini & ite vobis ad tentoria

tentoria vestra, ad terram possessionis quam dedit vobis Moses seruus domini trans Iordan. Tantum custodias attente, ut facias mandatum & legem quam precepit vobis Moses seruus domini, ut diligas dominum Deum vestrum & ambuletis in omnibus viis eius & seruetis precepta eius & adhuc eratis ei: & seruat is in toto corde vestro & in tota anima vestra. Benedix itque eis Iehosua: & dimisit eos, abierintque in tentoria sua. Dimidie autem tribus Menassis dederat Moses in Bajan: dimidie vero eius dedit Iehosua cum fratribus eorum trans Iordan ad occidentem. Et etiam cum dimitteret eos in tentoria sua & benediceret eis, dixit ad eos, cum distiti multis reuertimini ad tentoria vestra & cum armamento multo valde, cum argento & auro & are & ferre & vestibus multis valde, dividite prædam hostium vestrorum cum fratribus vestris. Subiungadmodum tempore Mosis diuisa fuit pæda Madianitæ (vt patet Nume. 31.) ex præcepto Dei ita quod medietas fuit pugnatum & medietas reliqui populi, ita nup̄ Iosua mādat quadraginta millibus ex Reube, Gad & Menasse, ut redeentes ad propria diuidant prædam cum fratribus suis, qui non venerant ad bellum. Reuersi sunt & abierunt filii Reuben & filii Gad & dimidia tribus Menassis à filiis Israel de Silo quæ est in terra Chenah in ut intraret Ghilad ad terram possessionis suæ, quam obtinuerant iuxta imperium domini in manu Mosis.

CVMq; venissent ad tumulos Iordanis. Iuxta Hebræum habetur, ad volutabrum Iordanem quæ in terra Chenahan. Regio iuxta Iordanem inutilis ad semina ex hoc quod inuoluitur Iordanis alluvione, significatur ultra Iordanem eundo à Ierusalem versus Iordanem, ædificauerunt iuxta Iordanum altare infinitæ magnitudinis. Iuxta Hebræum habetur altare magnū visu, vt ex hoc ipso pateret quod non ad sacrificandum, sed ad videndum elevatum erat, vt postea declararunt constructores eius. Quod cum audirem filii Israel & ad eos certi nuncij detulissent. Interpres expositoris officio fungitur. nam iuxta Hebræum habetur tantummodo. Et audierunt filii Israel dice-re vocem ædificauerunt filii Reuben & filii Gad & dimidia tribus Menassis altare in terra Chenahan super Iordanis tumulos contra filios Israel. Iuxta Hebræum habetur, ē regione terra Chenahan ad volutabrum Iordan, ad transiit filiorum Israel. Et hinc clare habetur quod altare hoc ædificatum est non in terra Chenhan, sed in terra Rubenitarum, Gaditarum & dimidiæ tribus

Menassis:

Menassis: hoc est trans Iordanem relatiuè ad Ierusalem. terra enim Chenahan est cis Iordanem relatiuè ad Ierusalem. Audieruntque filii Israel, & conuenerunt omnes in Silo ut ascenderent contra eos ad pugnam.

ET interim miserunt ad illos in terram Ghilad, Pinchas filium Elzaxari sacerdotis & decem principes cum eo, singulos de singulis tribubus. Deficit hic tota sequens clausula. & unusquisque caput domus patrum suorum ipsi in millibus Israel. manifestatur enim per hoc quod legati isti fuerunt viri primarii, ut pote capita familiarium patrum suorum: hoc est Iudæ, Simeonis, Aier, Dan, &c. continentium singillatim multa millia hominum in Israe.

Qui venerunt ad filios Reuben & ad filios Gad & ad dimidiæ tribus Menassis in terram Ghilad: locutique sunt ad eos dicendo. sic dixerunt omnis populus domini, qua est ista transgressio quando reliquistis dominum Deum Israel ædificantis altare sacrilegum. Superfluit, factilegum: & à cultu illius recedentes? An parum vobis est quod peccasti in Beelphegor, & usque in præsentem diem macula huius sceleris in vobis permanet, multique de populo corruerunt? Iuxta Hebræum habetur. An parum nobis iniuncta Pehor qua non sumus mundi usque in diem istum: & fuit plaga in synagoga domini? In prima loquuntur persona communis agnoscunt & fatentur peccatum commissum tempore Mosis, allicientibus mulieribus Madianitis & Moabitis ad cultum Pehor: vt scriptum est Nume. 25. Aiunt autem non esse se mundos. adhuc ab illa iniunctate, vel quia reliquæ pœnarum adhuc erant, vel (quod potius crediderim) intelligebant diuinam ultionem esse suspensam. & vos hodie reliquias dominum, & cras in viuierum Israel ira eius deseriet. Iuxta Hebræum habetur. Et vos reuertimini hodie ex post Iehouah: & eris, vos rebellatis hodie Iehouah & cras viuieris synagoga Israel irascetur. Sententia clara est quod propter peccatum vestrum patiemur omnes statim. huiusmodi enim tempus significatur per hodie & cras. Quod si putatis immundam esse terram possessionis vestram. ratione absentia tabernaculi domini intercedente flumine: cum secundum veritatem viuieris terra filiorum Israel ex tabernaculo domini in quacunque tribu moretur, redderetur munda ad diuinum cultum, & seruanda esset munda à superstitionibus & iniunctitatibus lege prohibitis.

Ego transite

IEHOS VAE

transite vobis ad terram in qua tabernaculum domini est & habita-
te inter nos: tantum à domino & consortio nostro non recedatis , edi-
ficando vobis altare præter altare domini Dei nostri. Nonne Hachan
filius Zerach præterit mædatum domini , & super omnem populum
Israel ita incepit: & ipse vir unus non periret in iniuitate sua: Ex
recentiori facto scripto superius cap. 7. probant quod dixer-
rant: videlicet quod vobis peccantibus omnes patiemur.

Responderuntque filii Reuben & filii Gad & dimidia tribus
Menassie: locuti sunt ad principes milii Israel. Fortissimus
dominus Deus Israel ipse nouit & Israel simul intelligat. Iuxta
Hebreum habetur. El Elohim Iehouah, El Elohim Iehouah ip-
se sciens & Israel ipse sciet: si in rebellionem & si in prevaricatio-
nem in dominum non saluabit nos in die hac. Inuenient Deum te-
stem, bis nominando eum tribus nominib[us] pluries decla-
ratis: nominant siquidem Deum ab esse Iehouah, à po-
tentia seu fortitudine El, à iudicio auctoritatem seu gubernatione
Elohim: ut integratatem suæ fidei proftentur. & ad certitu-
dinis exaggerationem eadem repetunt profitendo quod ip-
se nouit qua intentione adificatum est altare illud, & ex eo
rum verbis sciet omnis Israël intentionem eorum. Et si ea mœte
fecimus ut holocaustum & sacrificium & pacificas viælmas super
ipsum imponeamus: dominus ipse requirat. & si non ea magis cogi-
tatione atque tractatu[m] ut dicemus: cras dicent filii vestri filii no-
stris, quid vobis & domino Deo Israel, terminum posuit dominus in-
ter nos & vos & filii Reuben & filii Gad. Iarden fluvium & idcirco
partem non habetis in domino. & per hanc occasionem auerterent fi-
lii vestri filios nostros à timore domini. Putauimus itaque melius &
diximus: extruamus nobis altare non in holocausta neque ad viælmas
offerendas, sed in testimonium inter nos & vos & sobolem no-
stram vestramque progeniem, ut seruiamus domino, & iuriu[n]o[n]i[us] nos[tri] sit
offerre holocausta & viælmas et pacificas hostias. Paraphrasis est:
nam Hebraicè nihil aliud habetur nisi ad seruendum seruitu-
tem Iehosah in faciebus eius in holocaustis nostris & in sacrificiis
nostris & pacificis nostris. fatetur enim fecisse altare in testem,
ad testificandum quod ipsi quoque addicti sunt ad exhiben-
dum seruitutem Deo in facie ipsius Dei: hoc est in taber-
naculo Dei ad offerendum coram eo holocausta &c. Et appelle-
rant seruire seruitutem concursum cum aliis ad sumptus &
quaecunque alia necessaria ad diuinum cultum in taber-
naculo Dei. Et nequaquam dicant cras filii vestri filii nos[tri]s, non est

CAPVT XXIII.

35

vobis pars in domino. Quod si voluerint dicere, respondebunt eis ec-
ce altare domini quod fecerunt patres nostri, non in holocaustum ne-
que in sacrificium, sed vt testis sit inter nos & vos. Absit à nobis hoc
scelus vt recedamus à domino & eius vestigia relinquamus, extructo
altari ad holocausta & sacrificia & viælmas offerendas præter al-
tare domini Dei nostri quod extructum est ante tabernaculum eius.

Quib[us] auditis Pinchas sacerdos & principes legationis Israel
qui erant cum eo, placati sunt: & verba filiorum Reuben &
Gad & dimidiæ tribus Menassis libentissime suscep-
runt. Dixique Pinchas filius Eliazari sacerdotis ad eos: nunc scimus
quod nobiscum sit dominus quoniam alieni estis à prevaricatione
hac, & liberatis filios Israel de manu domini. Quemadmodum
si peccassent, reueberunt cum sociis exposuerint populum
Israel diuinis flagellis, ita non peccando liberauerunt popu-
lum Israel de manu Dei per negationem peccati provocati
diuinæ vltionis. R[es]ponsusque est cum principibus & filiis Reuben
& Gad de terra Ghilhaad ad terram Chenahan ad filios Israel: &
retulerunt eis rem. Placuitque sermo cunctis audiencibus: & lau-
dauerunt Deum filii Israel, & nequaquam ultra dixerunt vt ascen-
derent contra eos atque pugnarent, & deleret terram possessionis eorū.
Nomen est Elohim: significatur enim quod laudauerunt
Deum ut gubernatorem populi. Vocaveruntque filii Reuben &
filii Gad altare quod extruxerant testimonium nostrum. Iuxta He-
breum habetur duntaxat testis. nominauerunt enim altare
testis. Et ratio nominis subiungitur. quod dominus ipse sit Deus.
Iuxta Hebreum habetur, quia testis ipsum inter nos quod Ieho-
uah ipse Elohim. Officium altaris declarant testificari quod
primum essendi principium est iudex & gubernator cultus
ab eis.

CAPVT XXIII.

Voluto autem multo tempore postquam dederat dominus
E pacem Israeli ab omnibus inimicis eius in circu[m] Iehosua
seruit, venit in dies. Vocauitque Iehosua omnem Israel, se-
niiores eius & capita eius & iudices eius ac praefectos eius. Si Iose-
pho creditur annis vigintifex præfuit Iosua populo. & quia
anno sexto creditur terminasse bella cum transtulit taber-
naculum in Silo, ideo vigesimo anno post quietem à præliis
conuocatio ista fuit, nam exprefse in hoc dicitur capitulo. Q
Iosua erat vicinus morti.

Dixique ad eos, ego senus, veni in dies: risusque vidistis omnia
E iii que

que fecit dominus Deus vester cum eis per circumitum nationibus, quomodo pro vobis ipse pugnauerit. Et nunc qui a vobis forte diuisi-
rit omuc terram ab orientali parte Iordanis usque ad mare magnū.
Aduerte prudens lector, quod nullum interpretem inuenio
contextum sequentem reddidisse iuxta Hebraicam verita-
tem. nam Hebraicē hæc scribuntur in prima persona ex ore
Iosuæ. Vide te feci cadere vobis gentes residuas istas in hereditatem
tribubus vestris à Iorden & omnes gentes quas feci destruere. & ma-
re magnum occasionem soli. Deinde immediate sequitur. Et le-
houah Elohe vester ipse faciet impellere eas à faciebus vestris &
faciet expellere eas à faciebus vestris: & hereditatis terram ea-
rum sicut locutus est Ichouah Elohe vester vobis. Hic est contextus
literæ iuxta Hebraicam veritatem. in qua Iosua monet pri-
mum quod considerent vniuersas partes terræ quas ipse fe-
cit cadere sub sortibus eorum , distingue sicut in tres partes:
videlicet in gentes residuas, hoc est adhuc non acquisitas. di-
stribuerat enim terras eorum sub sortibus tribuum Israhel, ut
quando acquirerentur non esset lis ad quam tribum spectaret
ista vel illa pars. secundo autem loco supputat gentes iam de-
structas: hoc est terras eorum quas acquisierant & actualiter
possidebant. & tertio supputat mare magnum quod est in
parte Occidentali terræ promissionis. Et appellat mare me-
diterraneum mare magnum, ad differentiam maris Galilææ
quod etiam Hebraicē vocatur mare, quanuis secundum ve-
ritatem sit lacus. Deinde promittit Iosua quod gentes quæ
supersunt destruenda, Deus faciet destruere tempore con-
gruo quia adimplebit verbū suum quod locutus est per Mo-
sem vobis. Tantum confortamini & esto solliciti. Parui refert q
Hebraicē habetur. Et roboramini valde ad custodiendum & ad
faciendum omnē scriptum in volumine legis Mosis, & non declinias
ab ea ad dexteram & ad sinistram. Semper Deus per prophetas
suos apponit pollicitis mandatum seruandi legem: vt intel-
ligeretur quod si ipsi ponent obicem pollicitis non seruan-
do legem, sibi ipsi imputent non impleri diuinæ promissio-
nes. Ne postquam intraveritis ad gentes quæ inter vos future sunt.
Iuxta Hebræum habetur. Non venietis in gentes istas, residuas
istas cum vobis. prohibetur enim ut non couenant cum gen-
tibus residuis adhuc non destruatis, sed destruēdis iuxta di-
uinum præceptum, ut nullum incant fœdus cum gentibus
destruen-

destruendis iureis. Ante prohibitionē iuramenti deficit una
clausula videlicet . & in nomine Elohe corū non facieis recorda-
ri. Deinde sequitur. & non iurabis & non seruicis eis, & non
incuruabis in eis. Quatuor enim prohibentur. primū nomina
deorum geatum nec reuocare in memoriam: deinde non
iurare per eorum nomina, quod spectat ad linguam. postea
non seruire eis, quod spectat ad sacrificia & opera. & demum
non incurvari eis, quod spectat ad signa venerationis. Sed
adhæritis domino Deo vestro. Iuxta Hebræum habetur. Quod
si adhæribitis Ichouah Elohe vestro. Et sententia est conditiona-
lis pendens usque ad illam coniunctionem, vir unus ex vestris
persequeatur mille. sicut fecisti usque in diem istum. Verificatur
hoc de tēpore quo præfuit Iosua. affirmat enim Iosua quod
toto tempore sui principatus usque in diem illum populus
adhæserit domino. Et tunc auctor dominus Deus a conspectu ve-
stro gentes magna & robustissimas, & nullus vobis resistere poterit.
Iuxta Hebræum habetur in praeterito. Et expulit Ichouah à
faciebus vestris gentes magnas & fortes, & vobis non stetit vir in
faciebus vestris usque in diem istum. continuatur enim senten-
tia hæc cum immediate præcedente, videlicet sicut fecisti
usque in diem istum. Declarat siquidem Iosua ab experien-
tia quod quia vobis seruantibus legem usque in diem istum
Deus expulit gentes magnas & fortes & nullus bellantium
potuit subsistere in conspectu vestro, scitote quod in futuro.
Vir unus ex vobis persequeetur mille: quia dominus Deus vester ipse
pugnat pro vobis sicut locutus est vobis. hucusque enim pendet
construictio literæ superioris quod si adhæribitis Ichouah.
Hoc tanum diligenter, præcaute ut diligatis dominum Deum
vestrum. Iuxta Hebræum habetur. Et eritis custodi valde ani-
mis vestris, ad amandum Ichouah Elohe vestrum. Quia amor in-
terna est actio, ideo monet magnam valde adhibendam esse
curam animorum propriorum ad amandum fontem essendi
iudicem eorum.

Quod si volueritis gentium harum quæ inter vos habitant er-
rribus adhædere. Iuxta Hebræum habetur. quod si re-
uertendo reuertemini & adhæribitis residuo gentium
istarum, residuarum istarum cum vobis hoc est si reuertendo ad
peccatum conuenietis cum residuis gentibus quæ destru-
endas supersunt, contra diuinum præceptum.

E iiiij Deinde

IEHOSVÆ

Deinde sequitur. & affinitatem contrahetis cum eis, & venietis
in eis & ipsi in vobis, mutua enim amicitia conuersatio ac cō-
municatio significatur, quanuis minus congrue latino ser-
mone. Iam nunc scitote quod dominus deus vester non eas delebit
ante faciem vestram: sed erunt vobis in foueam ac laqueum & of-
fendiculum ex lateribus vestris. Superfluit, souea: sed adiungit
ur Hebraicē post laqueum & offendiculum tertio loco. &
in flagellum in lateribus vestris. Quod autem subiungitur. & su-
des in oculis vestris, Hebraicē habetur. & in rubos in oculis ve-
stris. Grossiores spinæ significantur infestæ oculis. Et hæc omnia
euentus docuit, nam peccantibus Israëlitis & conue-
nientibus cum gentibus impegerunt in idololatrias earū, &
capti sunt in servitutem, & flagellati sunt, & afflitti valde si-
cut oculi à spinis cruentati, donec vos disperdat terra ha-
bitat quam tradidit vobis. En ego hodie ingrediar in uersus ter-
re. Hinc appetat quod circa finem vita fūr. Iosua hanc mo-
nitonem fecit. Quod autem dicit hoc, tanquam præsen-
tem describit propinquam mortem, senectute iam exclu-
ente vitâ. & cognoscitis toto corde vestro & tota anima vestra quod
de omnibus verbis que se dominus præstitum vobis esse pollicitus
est vnum non præterierit incassum. Iuxta Hebræum habetur bre-
vissimè. quod ex omnibus verbis bonis que locutus est Ichouah E-
lohe vester super vos omnia venerunt vobis, nō cecidit ex eo verbum
vnum. Vulgata editio quibusdam caret, & bonitatem circu-
loquitur superfluè. Iosua enim (vt subiuncta testatur) distin-
guit verba Dei in bona & mala: & monet eos vt quemad-
modum experientia testatur quod verba bona venerunt omnia,
sic sciant quod venient etiam verba mala si peccauerint. Et erit, sicut venit super vos omne verbum bonum quod locutus
est dominus Deus vester vobis, sic adducet dominus super vos omne
verbum malum, donec disperdat vos de terra bona ista quam dedit
vobis dominus Deus vester. Cum transgresi fueritis pactum domini
Dei vestri quod præcepit vobis, & incuratis & seruieratis diis alienis
& incurvatis eis: irascetur furor domini contra vos, & perci-
bitis citè de terra bona quam dedit vobis.

CAPVT XXIIII.

C Ongregauitque Ichosua omnes tribus Israël in Sechem: &
vocauit seniores Israël, & capita eius & iudices eius ac
prefectos eius. Non esse alium conuentum istum in
Sechem

CAPVT XXIIII.

37

Sechem à conuentu prænarrato in præcedente capitulo, ap-
paret ex eo quod inferiori subditur quod in Sechem propon-
fuit populo præceptum & iudicium: hæc enim duo perspi-
cuum est proposuisse Iosuam populo in præcedente capitu-
lo. Narrantur autem tanquam distinctæ vocaciones populi
hæc & illa, quia secundum veritatem fuerunt duæ voca-
tiones diuersis diebus iuxta diuersitatem materiae, sed conuen-
tus fuit unus: ita quod in uno eodemque conuentu, altero
die vocavit eos ad fœdus ineundum de cultu Dei, altero au-
tem die vocavit eosdem monendo eos ad seruandum præ-
cepta legis & præcipue ad amandum Deum, proposuitque
eis diuina iudicia ad bonum & malum: vt in præcedenti pa-
tent capitulo, si seruierintque in conspectu domini. Parui refert quod
iuxta Hebraicē habetur. Et statuerunt se in facie Elohim. hoc
est statuerunt leonis vultibus ad faciem tabernaculi diuini
quod erat in Sile. Simile quid habes Nume. 19. in cæ-
moniis vaccæ rufæ qæ extra castra iugulatur. Iosua siqui-
dem & omnis populus in suis senibus capitibus iudicibus &
præfectis congregatus in Sechem, quia longè erant à taber-
naculo domini statuerunt se versus anteriorem partem ta-
bernaculi, vt sic supplerent situ quod distantia locorum im-
pediebat. & propterea dicitur quod statuerunt se in conspe-
ctu Elohim.

Dixitque Ichosua ad omnem populum: sic dicit dominus Deus
Israël, trans flumen, procudubio Euphratem, habitauerunt pa-
tres vestri ab initio. Legedū est. à seculo. Et est sensus qđ à secu-
culo patrum vestrorum ex quo diuīse sunt linguae habita-
uerunt trans Euphratem. Therac pater Abraham & Nachor,
Iuxta Hebraum habetur. & pater Nachor. Ita quod quanvis
dixerit patres vestri, nō tamen multos sed vnu duntaxat pa-
tre cōmemorat: videlicet dicendo Therach pater Abrahā &
pater Nachor, seruierintque diis alienis. Legēdū est. aliis, nam
Hebraicē habetur. & seruierunt Elohim aliis, non siquidem
significatur quod seruierunt diis mutuatis ex aliis gentibus,
sed quod seruierunt diis aliis à vero Deo. Et dicendo in nu-
mero plurali seruierunt, insinuat quod non solus Therach,
sed etiam aliquis alius auus Israëlitici populi seruivit diis aliis.
nisi suppūtetur Nachor inter patres Israëlitici populi,
pro quanto fuit pater Ribeca, ex qua originem habuit vni-
uersus populus Israël. Taliusque patrem vestrum Abraham de Me-
sopotamia

IEHOSVÆ

Sopotamia finibus. Iuxta Hebræum habetur, de trans flumen, quo regio Mesopotamia appellatur, eò quod sit in medio Tigris & Euphratis. Et adduxi eum in terram Chanahan. Iuxta Hebræum habetur, & duxi eum in omnē terrā Chenahan. Lege Genesim, & inuenies Abraham nō solū venisse in terrā Chanahan, sed etiā lustrasse eā, multiplicauisq; semen eius & dedi ei Iacob. Illiq; eū cursum dedi Iacob & Esau. Iuxta Hebræum scribitur clare, Et dedi Iacob, Iacob & Esau, ut non sit opus glosa, & dedi Esau monētum Schir ad hereditandum ipsum: Iacob autem & filii eius descendērunt in Aegyptum. Mis̄iq; Moys̄ & Aharon & percus̄i Aegyptum, multis signis atque portētis. Iuxta Hebræum habetur, sicut feci in medio eius. Summariè comprehendit omnia gesta à Deo in Aegypto non explicando signis, aut miracula, eduxi que vos & patres vestros de Aegypto. Ita Hebræum habetur. & postea eduxi vos. Et eduxi patres vestros de Aegypto. Quia multi adhuc superstites erant qđ exierant ex Aegypto infantes pueri vel adolescentes in tra vigeſimum annum, ideo verificatur quo ad illos & eduxi vos: relatiū autem ad natos in deserto verificatur, & eduxi patres vestros. & veniſſis ad mare, persecutijs sunt Aegypti patres vestros cum curribus & equitatū usque ad mare rubrum. Clamauerunt autem ad dominum, & posuit tenebras inter vos & Aegyptios. Clarè scribitur hīc qđ subintelligendum relictum est Exodi decimoquarto, videlicet quod obscuritas fuit inter Aegyptios & Israēlitas in transitu maris rubri, adduxitque super eos mare & operuit eos, & viderunt oculi vestri quæ fecerim in Aegypto: & habitastis in soliditudine diebus multis. Introduxitque vos in terram Emoræi qui habebat trans Iarden, cūque pugnarent contra vos tradidit eos in manus vestras & posseditis terram eorum, atque interfecisti eos. Iuxta Hebræum habetur. & destruxi eos à faciebus vestris. Sibi ipsi attribuit Deus deletionē Emoræorum. Surrexitque Balac filius Ziphor rex Moab, & pugnauit contra Israēlem. Questio de verificatione huius sententiæ est: quia Deuteron. cap. secundo: narratur tum inhibitio diuina pugnandi contra Moabitæ & Hammonitas, tum quod Moabitæ dederunt Israēl transitum & alimenta: quomodo ergo verificatur quod rex Moabitarum pugnauit contra Israēl? Solutio est quod rex Moabitarum pugnauit, hoc est bellum inchoauit, non ab armis, sed à maledictione prophætica per Bilham. Ita quod subiuncta

CAPVT XXIII.

38

subiuncta verba. Et misit & vocauit Bilham filium Behor ad maledicendum vos, intelligenda sunt expositiū: hoc est subiuncta ad exponendum bellum quo pugnauit rex Moabitarum aduersus Israēl. Non est itaque hic sermo de pugna armati exercitus in executione, sed de pugna inchoata ab attentata maledictione per Bilham: & propterea nō aduersantur hēc scriptis in deuteronomio. Et ego nolui audire eum. Iuxta Hebræum habetur. Et nolui audire Bilham. Vbi clarè patet animus Bilham ad maledicendum populo Israēl promptus, imo supplex: quod in libro numeri non clarè habetur, benedixit qđ benedicendo vobis, & liberavit vos de manu eius.

Transfisiq; Iarden & renisist ad Iericho, pugnaueruntq; contra vos viri ciuitatis eius. Iuxta Hebræum habetur. & pugnauerunt contra vos heri Iericho. Et statim subditur. Emoræus & Perizæus & Chenahæus & Chithæus & Ghirgasæus & Chineus & Iebusæus. Obscurus est litera: & anceps an sit sermo de pugna post captam Iericho, an etiam de pugna in ipsa Iericho. Et eo ampli⁹ augeretur difficultas, quia Iericho habebat herū propriū (regem scilicet quem interfecit Iosua) nec vñquam Iericho pugnauit contra Israēl. Solutio est quod sermo est de bello quo pugnauerunt aduersus Israēl nationes istæ post captam Iericho tanquam vñtores Iericho. hoc enim significatur secundū planum literæ sensum, dicendo quod contra Israēl pugnauerunt heri Iericho. Emoræus & Perizæus &c. est enim sensus quod tanquam heri Iericho pugnauerūt aduersus Israēl. Et per hoc narratur causa moti belli ab istis nationibus contra Israēl: videlicet quia erant tanquam heri Iericho, quia erant tanquam patroni causæ Iericho. Et ratio (vt reor) fuit quia confederati erant cum Iericho, & tradidit eos in manus vestras. Mis̄iq; ante vos scabrones & eieci eos de locis suis. Iuxta Hebræum habetur. Et misi ante vos vespam & expulsi eos à faciebus vestris, duos reges Emoræi: non in gladio tuo & non in arcu tuo. Quod tacitum fuit tam Nu. 21, quam deute. 2. &c. 3. de istis vespis suppletur hīc. Nec est sensus quod multitudine istarum vespivarum sic pugnauerit vt excluderet gladios filiorum Israēl: sed quod præcipua ratio victoriæ non fuit gladius aut arcus militum Israēlis, sed multitudine horum animalium, quæ vespæ appellātur quia similia vespis creduntur. Variis enim modis monstrauit Deus in diuersis locis se pugnare pro Israēl, nam contra Emoræos vespis, contra Iericho

cho sono tubatum, contra exercitum quinq; regum lapidi-
bus grandinum, contra exercitum vero reliquorum regum
mora solis in cœlo se pugnare manifestauit. Deditq; vobis ter-
ram in qua non laborafis & ciuitates quas non edificasti, & habi-
tatis in cœrvineas & olineta quæ non plantastis comeditis.

Nunc ergo timete dominū, & seruite ei perfecto corde atq; ve-
risimmo. luxta Hebreum habetur. in perfectione & in ve-
ritate. Duas conditiones exigit seruitus diuinæ alteram ve-
ritatis, excludendo omnem fictionem omnemq; hypocrisim:
alteram perfectionis, excludendo omnem diminutionem ut
integre seruetur lex diuina quo ad omnia. & auferite deos qui-
bus seruerūt patres vestri in Mesopotamia & in Aegypto & seruite
domino. Quæstio oritur: quia in præcedēti capitulo dixit Iosua
sicut fecistis vsq; in diem istum, loquendus est populi ad-
hæsione ad Deum. si enim omnibus dieb; Iosue ad hæserat
populus Deo, incōgruè monetur populus vt separet à se deos
quibus seruerunt patres eorū in Mesopotamia & in Aegypto. Solutio est vel quod Iosua dubitabat aliquod simulacrum ex Mesopotamia aut Aegypto occulte seruari apud
aliquem, vel est sermo de separatione ab animis, ne sint affe-
cti ad imitandum patres suos quo ad cultum deorum. Cum
viroque autem sensu stat veritas supradictorū verborū, quod
populus tam communiter quam priuatim non coluit palam
nisi verum Deum toto tempore quo præfuerat Iosua. Si autē
malum vobis videtur seruire domino, elegite vobis hodie cui seruia-
tis, an diu quibus seruerunt patres vestri in Mesopotamia, an diu
Emoræ in quorum terra habitatus. Non ad significandum li-
bertatem licitam sed ad prouocandum vt ex libero arbitrio
ellegant seruire Deo dicuntur hæc verba. ego autem & domus
mea seruimus domino. Responditq; populus & Ait: abist a nobis
vt relinquamus dominū & seruiamus diu alienis. Legendum est.
diu alius. proculdubio à Deo vero. Quia domin⁹ Deus noster ipse
eduxit nos & patres nostros de terra Aegypti, de domo seruitutis: fe-
cireq; videlicibus nobis signa ingētia, & custodiuit nos in omni via per
quā ambulauimus & in cunctis populis per quos trāsuimus. Et eie-
cit dominus omnes populos. Emoræ habitatore terra quā nos intra-
uimus. Legendum est. & Emoræ habitatore terre à faciebus no-
stris. Loco cuius vulgata editio habet, quam nos intrauimus.
seruimus igitur domino, quia ipse est Deus noster. Dic̄to interpre-
tata Deus est nomen Elohe: seruimus inquit fonti esen-
di.

di, quia ipse est gubernator noster.

Dixitq; Iehosua ad populum: non poteritis seruire domino: Deus
enim sanctus & fortis emulator est. Iuxta Hebreum habetur. non
poteritis seruire Ichonah, quia Elohim sancti ipse: et emulator ipse.
In pluri numero scribitur Elohim sancti: & (vt in principio
Genesim diximus, & saepe textus Mosis cōprobat) modus lo-
quendi venerabiliter ratio fuit appellandi. Deum tam nomi-
ne Elohim quā nomine Adonai in numero plurali: sunt enim
hæc nomina communia Deo & creaturis: & consueverat in
pluri numero vii eis nominando honorabiliter suos prin-
cipes. Et iuxta hunc loquendi morem (vt pote honorabilior-
rem) nominant etiam Deum dicendo in numero plurali
quod ipse est Elohim sancti: non intendentem per hoc signi-
ficare quod ipse esset multi iudices sancti, sed honorabiliter
nominare pluraliter. cuius signum est quod pronomine viu-
tur singulari. Et intendit Iosua per hæc verba proponere po-
pulo rationes difficultati perseverantiae in cultu summi Dei, tū
ex eo quod ipse est index mundus, ac per hoc iustitiam exer-
cens contra immundos, tum ex eo quod ipse est fortis emu-
lator: ac per hoc impatiens confortij alterius Dei & potens
ad vindictam, propter quod subditur. non ignorat rebellionibus
vestris & peccatis vestris. Si dimiseritis dominū & seruieritis Deo
alieno conuerteret se & malefaciet vobis & cuarteret vos postquam bene-
ficerit vobis. Dixitq; populus ad Iehosuam: non vt loqueris erit, quia
domino seruicius.

Et dixit Iehosua ad populum, testes estis in vobis quod vos elegi-
stis vobis dominum vt seruatis ei. Ipsos metu roget testes in scipis.
& dixerunt, testes. Nunc ergo, ait, auferite deos alicinos de medio vestri. Iuxta Hebreum habetur. Et nunc facite separare Elohe alienos qui in medio vestri. Intellige hoc mandatum propter cautelā si aliquod simulachrum occultatum esset vel potius relationē
ad animos. vnde & subditur quod inclinent corda ad verum
Deū, & nulla subiungitur respōsio aut executio de elec-
tione simulachrorum. Signum enim est quod de separatione ab
animis erat sermo: alioquin saltem secūdo momenti hoc Iosue
respondissent aliquid de hoc. Et scito q̄ dictio interpre-
tata alienos, nō plenē redditur. significat enim alienū in ab-
stracto: acsi dici liceret deos extraneitatis. Et simile quid ha-
betur Deut. 31. Et potest intelligi reflexe super ipsos deos: vt
describantur quod sunt dij non ad proprium hominis bonū,
sed

IEHOSVAE

sed ad ext taneū à salute humana. & ideo nominantur Elohe extraneitatis tam à Deo ibi alloquente Mosem, quam à Iosua hīc alloquente populu. & inclinate corda vestra ad dominum Deum Israel. Dixitq; populus ad Iehosuam: domino Deo nostro seruicemus & voci eius obediemus. Percutitq; Iosua in die illo fatus. deficit populo. Ad confirmandum & renouandum ex parte populi fœdus olim initum cum deo, feci hoc Iosua propter instabilitatē populi. & proposuit ei præcepta atq; iudicia in Sechem. Hinc diximus quod vocatio scripta in præcedenti capitulo fuit etiam in Sechē. in illa enim ut declaratū est, proposuit populo præceptum atq; iudicium dei.

Et scripsit Iehosua omnia verba haec in libro legis domini. Tanquam appèdicem memoriam, scripsit Iosua in eodū volumine in quo scripta erat lex domini renouationē bœsi fœderis, ut quibus comunicaretur exéplar legis, simili tia comunicaretur renouatio fœderis tulitq; lapidē granit. Non sat fuit Iosuæ scribere hanc renouationē fœderis, sed lapidē grandē erexit in teste renouati fœderis etiā nescientibus legere ad perpetuā rei memoriam. posuitq; cū subter querçū que erat in sanctuario domini. Iuxta Hebræum habetur. & fecit erigere cum ibi sub arbore que in sancto Iehouah. Aduerte aduerbiū locale, ibi, ut manifeste perpendas quod ibi (proculdubio in Sechem) erexitq; est lapis iste grādis. Nec in litera Hebraica habetur querus, sed nescio quā arbor infructuosa: & propterea nomine cōmuni arbor appellatur à nobis Hebraicē enī habetur ela. Et idem nomē scribitur. Gene. 35. nominādo arborē sub qua Iahacob suffudit simulachra Deorum. & propterea eandem ego arborē intelligo fuisse hanc sub cuius vmbra Iosua erexit lapidē istum, & sub cuius terra Iahacob sepelivit simulachra deorū. & propterea hanc arborē quā perspicuum est ex Genesi fuisse in Sechem, nominatam fuisse sanctā Iehouah. Ita quod ad describendum hanc arborem fuisse illam quā sanctificata fuit à Iahacob ad ignominiam deorum, scribitur quod erexit lapidē sub arbore quā in sancto Iehouah: hoc est quē sanctificata est Iehouah ob sub ea posita idola à Iahacob patriarcha. vt vnuus atq; idē locus qui testis erat abdicatorum idolorum tempore Iahacob, esset quoque testis renouati fœderis per filios Israël quod penitus abdicauerint & se cultum idolorum & elegerint seruire summo deo. Dixitq; Iehosua ad totū populū: cu lapis iste erit vobis in testimoniu

quod

CAPVT XXIII.

40

quod audieritis omnia verba domini quae locut⁹ est vobis, ne forte posse canegare velius & mentiri domino Deo vestro. Iuxta Hebræum habetur. quia ipse audiuit omnia dicta Iehouah quae locutus est nobiscum: & erit in vobis in testimonium, ne quādo mēti aminti in Elohe vestro. Metaphorico sermone attribuitur lapidi quod ipse audiuit dicta dei ad Iehosuam & populu. Et est sensus quod lapis iste erit testimonium tanquam si audisset non solū verba nostra, sed etiam verba dei nobiscum. Cautē autem locutus est Iosua non dicēdo quod lapis iste audiuit verba nostra sed quod audiuit dicta dei nobiscum: eō quod omnes creaturae obediunt deo tanquam si audirent mandata eius. lapidem itaq; tanquam conscientiū diuinorum dictorum ratione summe obediat. Et iuste ad deum acsi audiret accommodat in testimonium. Ut siq; Iehosua populum, vnumquemque in hæreditatem suam.

*E*t fuit post hec verba, mortuus est Iehosua filius Num seruus domini filius centum & decem annorum. Sepelieruntq; eum in terram possessionis sue. Legendū est hereditatis sue. appositiū enim adiungitur in Thimnath Serach. Nomen est ciuitatis quę olim data fuerat Iosuæ, que est in monte Ephraim, ab aquiloni monti Ghabas. Et seruuit Israël domino omnibus diebus Iehosuæ & omnibus diebus seniorum qui longo vixerūt tempore post Iehosuam: & qui nouerant omnia opera domini quae fecit Israēli. Annotabis hęc duo tempora (videlicet Iosuæ & senum qui nouerant opera dei) propter intelligentiam historiarum libri sequentis.

Ossa quoque Ioseph que ascondere fecerat filij Israël ex Aegypto, sepelierunt in Sechem, in parte agri, quam emerat Iahacob a filii Chamor patris Sechem centum nouellis onibus. Iuxta Hebræum habetur. centum nummis, quantum autem valeret nummus unus nescimus. & fuerunt filii Ioseph in hereditatem. Elbazar quoq; filius Aharon mortuus est: & sepelierunt eum in Gihonath, Pinchas filij eius, que data est ei in monte Ephraim. Quāuis dictio Gihonath significet collem, pro proprio tamen nomine loci dati Pinchas in monte Ephraim hīc ponit videtur. Et sic finitur liber Iosue. Romæ die. XXIII. Junij. M.D. XXXI.

COMMENTARIORVM THOMAE DE

Vio Cajetani, Cardinalis sancti

Xysti in Iosuam.

FINIS.